



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dormi Secvre: Vel Cynosvra Professorvm Ac Stvdiosorvm Eloqventiæ,**

in qua Centvm Et Viginti Themata Oratoria. Non Solvm Stvdiosis, Sed &  
Professoribus eloquentiæ, ac pietatis veræ amantibus utilissima &  
pernecessaria explicantur ; Cum Indice rerum atq[ue] verborum locupleti

**Tympe, Matthäus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1650**

LXIV. De suppliciorum Inferni magnitudine.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38994**



quanta gloria rueris, & de quo libro vita nomen tuum <sup>pœnitentiã</sup> deletum sit: te jam credas prope ipsas positam tenbras <sup>egerunt, ad-</sup> exteriores, ubi fletus oculorum, & stridor dentium sine <sup>dit & exem-</sup> fine, & c. Et: Quantumvis afflictionem, quantumvis <sup>plum Onesi-</sup> laborem subire esto contenta, dummodo ab æternalibus <sup>mi quem</sup> pœnis libereris. In primis omnis cura vite hujus interi- <sup>Paulus in</sup> menda tibi est, & quasi mortuam te existimãs, sicut es, <sup>gratiam ve-</sup> quomodo possis reviviscere, cogita: deinde lugubris tibi <sup>cipit, & ado-</sup> accipienda est vestris, & mens, ac membra singula digna <sup>lescentis</sup> castigatione puniendã, & c. <sup>quem factũ</sup> <sup>ducem la-</sup> <sup>tronum, &c.</sup>

#### LXIV. DE SUPPLICIORVM INFER- ni acerbitate, & magnitudine.

IN EXORDIO docebis, quam vberes ex conside-  
ratione tantorum suppliciorum fructus manẽt:  
neque enim plurimi ad peccandum ita proclives  
essent, si gehennæ recordatio eorum mentes oc-  
cuparet, & propterea Deus gehennam minatus  
est, ne incidas in eam. Hunc inquit, timete, qui pote-  
statem habet mittendi in gehennam. Ad hæc supplicio-  
rum metus improbos coercere in Repu. solet, nec  
ea indole sunt omnes præditi, ut amore honesti &  
præmiis ad virtutis studium accendantur, oderunt 12.  
enim peccare mali formidine pœna, breviter, hæc co-  
gitatio à vitiis abstrahit, & ad virtutes incitat, bo-  
nis calcar addit, & in summis sæpè miseris ingen-  
ti consolatione perfundit.

Ioannes Ad  
postolus con-  
vertit Luc.

PARTITIO Orationis fiat induas partes, PRIORI,  
de istis suppliciis dices, POSTERIORI, qua ratione  
tanta supplicia effugere possimus, demonstrabis.

CONFIRMATIONIS priori parte PRIMO ages de  
triplici suppliciorum genere. PRIMUM est, perpe-  
tua à summo immensoque bono, & omnium Bea-  
torum iucundissimo consortio separatio. Iudex e-  
nim, severissimo vultu improbos intuens, in ex-  
tremo Iudicio dicit: *Ite maledicti.* SECUNDUM est,  
ardentissimus gehennæ ignis, qui infinita alia sup-



placitorum genera comprehendit. TERTIUM est, perpetua veniæ desperatio.

SECUNDŌ, De suppliciorum æternitate: neque enim improbi pœnis conficientur, neque carnisficæ (dæmones) unquam fatigabuntur.

TERTIO, De eorundem acerbitate & magnitudine.

QUARTŌ, De pœnarum varietate pro scelerum varietate infligenda. *Hic describi possunt supplicia superborum, auarorum, & aliorum.*

QUINTŌ. De scelerata tortorum & improborum societate.

SEXTŌ, De loci miserabili conditione.

*In CONFUTATIONE expones causas, cur pauci quando fit mentio inferni, terreantur, quod immensæ Dei misericordiæ ita plerique fidant, ut interim de ejus summa æquitate nihil cogitent. Debebant autem sic secum argumentari: Si Deus ne pulcherrimo quidem Angelo perpercit, nec homini peccatori parceret, & indicium est infelicem admodum esse illorum conditionem, qui ad inferos deturbati sunt, quod inde non redeant, quo profectò prudentiores fieri deberemus, exemplo vulpis quæ invitata à leone, cum videret vestigia omnia esse ingredientium, nulla autem redeuntium, reversa est, pedemq; retulit, nec tanto suo periculo, quo invitabatur, leonis palatium adire voluit, metuens ne & ipsa, sicut reliquæ, ibi detineretur, & mactaretur.*

*Hinc transibis ad secundam partem. Est autem PRIMA ratio effugiendi hæc supplicia, finem peccandi facere: quia peccata ignem gehennæ nutriunt, SECUNDA, ea omnia, quæ ad peccandum pertrahunt, ut sunt opum affluentia, honores, deliciæ, non minimum admirari. TERTIA, Res adversas excelsa animo ferre. QUARTA, Virtutum studio reli-*  
quam



quam vitæ partem consecrare, & peccata admissa per veram ac seriam pœnitentiam emendare.

PERORATIO *constabit adhortatione*, ut consideratione horum suppliciorum ad meliorem mentem se recipiant.

LXV. DE GLORIA SEV PRAEMIIS Vita æterna.

EXORDIUM *sumes à laude communis Sententia*: Duo æquipondia, quibus horologium humanæ vitæ movetur, esse, præmium & pœnam. Tanta enim est nostræ voluntatis miseria, ut nemo virtutem nudam appetat, cui non est adjuncta pœna, vel quæ utilitate quadam non compensatur.

Vide Dncē  
peccat.  
P. Ludov.  
Granat.

PROPOSITIO, Cum nec supplicium, nec præmium possit excogitari æterna illa gloria, perpetuaq; pœna majus, sicut is qui ante me dixit, vos acerbitate & magnitudine suppliciorum Inferni à vitiis avocavit. ita mihi certum ac deliberatum est, vos magnitudine & voluptate gaudiorum Regni cœlestis ad virtutes invitare, ut ita his duobus remis periculum procellosi hujus maris enavigemus.

PARTITIO. PRIMÒ, *conjecturis* quibusdam vos in aliqualem cognitionem pulchritudinis ac divitiarum cœli deducam. SECUNDÒ, Dignitatem, & magnitudinem Regis, qui illic cum omnibus Electis habitat adumbrabo.

CONFIRMATIO I. *partis*. PRIMA *conjectura est finis*, ob quem Deus locum istum ædificavit, ut per illum manifestaret suam gloriã. In cœlo enim singulari quodammodo dignitas, amplitudo, & magnificentia illius relucet. Ut Rex Assuerus, qui regnabat super centum vnginti septem Prouincias grande fecit conviuiũ, ut ostenderet divitias gloriæ Regni sui, & magnitudinẽ potentie suæ: sic supremus ille Rex decrevit celeberrimum facere

Prov. 10  
Estb. 1.